

## Ad timotheum II.

ad deū: et hec est fides sine qua impossibile est placere deo. Debre. ii. Tertium ordinat ad primum unūquēque. scilicet charitas et pax que se extendit ad inimicos. i. Cor. 13. Si habuero fides ita ut mōtes trāfferā charitatē aut nō habuero: nihil sum etc. Ex charitate sequitur gaudiū. Pax autem importat ordinatā concordia. Quod autē subdit. Luz his qui iuocāt etc. vno modo exponi potest referēdo ad imēdiatē dictū. Quasi dicat. Sequimini pacē cū his etc. Quod autē dicit. de corde puro. ponit quod nō est speciosa laus etc. Sed Debr. 12. dicit. Pacē sequimini cū oib⁹. Quare gōt hic de corde puro? Respondeo dicēdū ē quod q̄tū in nobis est debem⁹ habere pacē cū oib⁹ si fieri potest sed nō potest esse pax inter bonos et malos: quia pax dicitur cōcordiā quā non potest haberi cū malis. Alio modo legitur cū his etc. ut referat ad totū precedēs. Quasi dicat. Ita sectare iusticiā pacē et oīa sicut et illi qui inuocant etc.

Deinde cum dicit. (Stultus autē etc.) hortat ad vitādū doctrinā malā. Et primo docet quid sit vitādū. Secundo quid sit sectādū ibi. (Sed māstuetū etc.) Circa primū duo facit. quia primo proponit documētū. Secundo rōnes assignat ibi. (Sciens quia etc.) Vitādū sunt questionē stulte q̄tū ad māz: quia sunt de stultis. i. de his qui strariātur sapiētie. i. de his qui sunt in diuinā sapiētia. Das. n. nō dicit hō mouere. scilicet eis resistere Jere. 10. Stultus factus est oīs hō a sciētia sua. Dicit autem sine disciplina q̄tū ad modū: quia clamose sunt. Uel sine disciplina ex parte eorū de quibus dubitat ut puta si vertat in dubium id quod tota ecclesia tenet. Job. 34. Job. autē stulte locutus est et verba eius nō sonāt disciplinā etc. Questiones autē intantū sunt amāde in q̄tum ducūt ad veritatē per hō opz quod omnes unum dicant. Questiones autem stulte non ducunt ad veritatē sed ad litez: que est vitanda. Esa. 58. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis etc. Et ideo dicit. Seruum autem domini etc. id est euz qui se dat seruitio domini prie 21. 3. Non litigiosum.

Deinde cum dicit. (Sed māstuetū etc.) ostēdit quid sit sectādū Et primo ponit documētū. Secundo rōne ibi. (Ne qui det etc.) Itē pria in duas: quia primo proponit quoddam generale ad oēs Secundo quedā necessaria ad singulos ibi. (Docilem etc.) Generale quod debz habere qui vult disputare ē quod sit māstuetus. ps. Docebit mites vias suas. Est. n. māstuetudo virtus cōpescēs ab ira. quā pertinet iudiciū rōnis quā necessaria est in q̄stione et iudicio veritatis. Mat. 23. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde etc. In speciali autē debz habere respectū superiorū docilitatē. respectū psecutorū patiētia. respectū falsoz doctorū correctionē. Quātū ad primū dicit. docile. id est paratum corrigi a quocūqz. Et hec est sapiētia celestis Jac. 3. Que autē desursus est sapiētia primū quod pudica ē. deinde autē pacifica. modesta suadibilis etc. Quātū ad secundum dicit. Patiētē. ps. Bene patiētes erūt ut annūciēt puerb. 19. Doctrina viri ppatiētia noscitur etc. Quātū ad tertium dicit. Lū modestia quia correctio debz esse modesta Gal. 6. Vos qui spūales estis hōstruūt in spū lenitatis etc.

Deinde cum dicit. (Ne qui etc.) assignat rōnes vitatiōis. et respondet cuidā tacite questionē. Posset. n. aliqz dicere. Isti resistūt veritati. et ideo iminet necessitas corrigēdi. Respondeo deo quod deus pater eos potest reducere ad penitētiā et ad hoc debet iustus niti. Et primo permittit penitētiā quā debz intendere aduersarios. Secundo penitētiē fructus. Tertio penitētiē necessitatē. Dicit gō. Ne quando. i. ut deus aliqz det eis penitētiā. quia ex superbia resistūt quod difficile videtur dari penitētiā. Sic excludit errorem pelagū qui dicit dona grē esse ex operib⁹ nostris. quod per hoc p se esse falsum. quia etiā principium bonoz. scilicet penitētia dat a deo. Tren. 5. Lōuerte nos dñe ad te et conuertemur. Esa. 26. A timore tuo ceepimus. Fructus vero penitētiē duplex est. scilicet cognitio veritatis et liberatio a potestate diaboli. Quātū ad primū dicit. Ad cognoscen-

das veritatē. quia quādo ex malitia resistit veritati ipsa malicia sua excecatur eos. quā g malicia auferit cognoscūt veritatē Jo. 8. Et cognoscetis veritatē. Quātū ad 2m dicit. Et respiciant etc. i. ab occasiōib⁹ erroz ex parte intellect⁹ sicut false factie. et ex parte affect⁹ sicut sunt inuidia supbia et hō. Necessitas autē penitētiē est magna quā nisi habeat diabolus dominat eis. Un dicit. A quo captiui etc. quia qui facit peccatū seruus est peccati. Jo. 8. Et dicit ad ipsi⁹ voluntatē. scilicet sectādā. Uel ut de boie faciat voluntatē suā. Ez. 3. Non statim precipitat sicut vellet. Dicēdū ē quod adipiscit q̄tū permittit sibi: scilicet difficile ē quod ei auferat. Esa. 49. Nūquid tollet a forti preda aut quod captus fuerit a robusto saluū esse poterit. CAP. III.

**H**oc autem scito quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: et erunt homines seipso amātes: cupiditē: elati: supbi: blasphemī: parentibus nō obedientēs: ingrati: scelesti: sine affectione: sine pace: criminatores: incontinentēs: inimicis: sine benignitate: proditores: proterui: rumidi: et voluptatū amatores magis quā dei: habētes speciē quidē pietatis: virtutem autem eius abnegantes.

Supra instruit eū quod resistat tribulatiōib⁹ et periculis presentib⁹: hic ostēdit quod stet in futura. Et primo pñciat futura pericula. Secundo ostēdit idoneitatē suā ad resistēdū ibi. (Tu autē assecutus etc.) Tertio ostēdit qualr resistat ibi. (Testificor etc.) Circa primū duo facit quia primo pñciat pericula nouissimoz tēporū. Secundo ostēdit quod eorū vitia sunt et mō vitāda ibi. (Et hos deuota etc.) Itē pria in duas. quia primo pñciat eē futura pericula in nouissimis tēporib⁹. Secundo cas periculoz ibi. Et erūt hoies etc. Dicit gō. Dixi deuota pphana etc. Non solū autē sunt hec mō vitāda: sed in futuro restāt et quāda aliavītanda. Et dicunt nouissimi dies qui sūt pping nouissime diei. Jo. 5. Ego resuscitabo eū in nouissimo die. Hen. penultio Lōgregamini ut annūciē q̄ vītura sunt vobis dieb⁹ nouissimis. Et addit. Instabūt tēpora periculosa etc. Mat. 24. Eritis odio oib⁹ gētib⁹ pp nomē meū. Lā hōz ē iniquitatis abūdantia. Mat. 24. Quā abūdabit iniquitas refrigescet charitas multoz: quia fides et charitas vel annullabit vel totalr pibit. quia q̄to magis aliqd elōgat a suo principio: tātō plus deficit. Et ideo in tēpo illo magis deficiēt fides et charitas: quia plus elōgantur a xpo. Luc. 18. Silius hominis veniens putas inueniet fidē in terra: Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo diuersas eius spēs. Radix autē totius iniquitatis ē amor sui ipsius. Duplex autē amor duplicem ciuitatē facit.

Sed cōtra. Quilibet nāliter diligit se. Respondeo. dicēdus est quod in homine duo sunt. scilicet nā rationalis et corporalis Quātū ad intellectualem seu rationalem que interior homo appellatur ut dicitur. 2. Cor. 4. Homo debz plus se diligere quā omnes alios. quia stultus est qui vult peccare ut alios a peccatis retrahat. sed quantum ad exteriorē hominē laudabile est ut alios plus diligat quā se. Unde illi qui se sic tantus amant sunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes qui sua sunt querunt: non que iesu christi. Ex hac radice diuerse sunt species iniquitatis. Unde dicit. Lupidi elati etc. Et circa hoc tria facit. quia primo ponit peccata que sunt in abusu rerum exteriorum. Secundo que pertinent ad inordinationem hominis ad alios ibi. (Blasphemī etc.) Tertio que ad seipsum ibi. (Incontinentēs etc.) Duo autē sunt in rebus exterioribus. scilicet abūdantia diuitiaz et excellentia bonoz. Quātū ad primū dicit. Lupidi. Et cupiditas primo ponit. quia est radix oīum maloz. Uel est pping amor

vi sui ipsius que est ad bona exteriora. Quātū ad scōm dicit. Elati. Elatio est species supbie que sunt quatuor. Una quādo aliquis attribuit sibi quo caret. Scōda quādo quod ab alio h̄z attribuit sibi ac si haberet a se. p̄. Cor. 4.º. Quid habes qđ nō accepisti rē. Tertia quando attribuit sibi qđ h̄z ab alio: s̄z meritis p̄p̄ys. Luce. 18. Ieiuno bis in sabba to rē. Quarta quādo singulariter vult videri supra oēs. et hec est elatio. ps. Dñe nō est exaltatū cor meuz rē. Qđ dicit supbi: reducit ad alias spēs superbie. Jac. 4. Deus supbis resistit: humilibus autē dat grām. Cōsequēter ponit vitia q̄tum ad alios. Et p̄mo q̄tum ad superiores. Scōdo q̄tum ad equales ibi. (Selesti rē.) Superior est triplex: s̄z deus rē cōtra hūc dicit. Blasphemū. Esa. p̄. Dereliquerunt dñm blasphemauerūt sc̄m isrl̄: abalienati sunt retro: sum. Itēz parētes: rē q̄tum ad hoc dicit. Parētibz nō obediētes. p̄ Reg. 15. Quasi p̄ctū arrolādi est repugnare: rē quasi scelus ydolatrie nolle acq̄scere. p̄verb. 30. Oculū qđ subfanat patre: rē qui despicit partū m̄ris sue effodiāt euz corni de torrentibus: et comedāt euz filij aquile. Itē bñfactor in q̄tuz h̄z. Et q̄tum ad hoc dicit. Ingrati. ps. Qui retribuunt mala p̄ bonis rē. Col. 3. Irati estote. Sap. 16. Ingrati enī spes tanq̄ h̄ybernalis glacies tabescet et disperiet tanq̄ aqua supvacua rē. C̄ Tunc ponit mala que sunt ad eq̄lem rē p̄ximū: et sunt tria. P̄mū p̄tinēt ad opus. Un̄ dicit. Selesti. i. qui scelera grauiā perpetrāt in p̄ximos. Esa. p̄. Uebgenti peccatrici p̄p̄o graui iniquitate p̄ruis neq̄z filijs sceleratis rē. Scōm ad effectū. Un̄ dicit. Sine affectiōe. i. sine affectu charitatis et sine pace. Tercio q̄tum ad v̄bum. Un̄ dicit. Criminatores. Leui. 19. Nō eris criminatoz nec susurro in populis. Item q̄tum ad seipsum oñdit quedaz alia tripl̄. P̄mū q̄tum ad corruptionē cōcupiscibilis. Scōdo ad irascibilis. Tercio rōnalis. Quātū ad p̄mū dicit. Incontinentēs. Un̄ dī continentēs qđ se nō tenet in bono p̄posito p̄pter prauas cōcupiscētiās. Ecc. 1. 26. Dis autē p̄deratio nō est digna cōtinentis aie. Quātū ad irascibile dicit p̄p̄e imites. i. nō māfueti: hec moderat passiones ire. Mat. 11. Discite a me qđ mitis suz et humilis corde. ps. Docebit mites vias suas. Itē ponit aliud qđ p̄tinet ad affectū irascibilis: s̄z benignitatis exclusio. Un̄ dicit. Sine benignitate. hoc enī est nāle qđ quādo dominat v̄nuz cōtrarioz excludit aliud. Ephe. 4. Estote inuicē benigni rē. C̄ Deinde ponit vitia que sunt ad corruptionē rōnalis. Hec aut potētia p̄ficitur per prudētiā: prudētie aut opponit aliqđ vitium p̄abusūz prudentie rē aliqđ p̄ p̄uationē: et v̄trūq; ponit. Quātū ad p̄mū dicit. P̄ditores. Ad prudētiā autē p̄tinet sagacitas: qua qđem abutunt in malū. rē hi sunt p̄ditores. p̄verb. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana rē. Itē cōstantia qua qđem abutunt dum in malo p̄teruunt. p̄verb. 3. Ne inuitaris prudētie tue. C̄ Deinde ponit vitia que sunt ad p̄uationē prudētie. Et p̄mo ponit p̄uationis causam. Unde dicit. Tumidi. Superbi enī inflantur in agēdis: qđ nō metiunt vires suas: et iō deficiunt. p̄v. 11. Ubi superbia ibi erit et cōtumelia. vbi autēz humilitas ibi et sapiētia. Scōdo ponitur p̄uatio. i. ignorātia: quā addit superbie. Superbus enī est nihil sciens. Un̄ dicit. Leci q̄si nō habētēs v̄sum rectuz rōnis. Mat. 15. Leci sunt rē duces cecoz rē. Tercio ponit p̄uationis effectum: qđ temporaria p̄ponunt eternis. Unde dicit. Voluptatus rē. Esa. 13. Syrene in delubris voluptatis. Sed nunquid est idēz eē continentem et voluptatum amatoz. Respōdeo. Dicendum est qđ nō qđ p̄p̄ie icōtinēs dicitur qui habet spem su giendi: s̄z vincitur ab eis: s̄z p̄p̄ie amatoz earū est itemperatus qui habet corruptaz estimatiōē. C̄ Cōsequēter ponit simulationem dicens. Habentes rē. 2. Cor. 11. Operari subdoli: virtutem autem eius abnegantes: virtutem. i.

pietatis que dicitur hic dupl̄. Uno modo ip̄a vis pietatis. i. eius virtus. Unde dicit. Abnegantes. i. veritatem non habentes. Tit. p̄mo. Confitentur se noce deum: factis autem negant. Alio modo qđ virtus rei dicitur illud ex quo dependet tota virtus eius. Tota autē virtus pietatis dependet ex charitate: ideo dicit virtutē eius. i. charitatē abnegantes.

Lectio.

II.



**E**hos deuota. Ex his enim sunt qui penetrant domos: rē captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis: que ducūtur varijs desiderijs: semper discentes rē nunq; ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum aut iannes rē mambres resistērunt moysi: ita rē hi resistunt veritati: homines corrupti mente: reprobi circa fides sed vltra non proficiunt. Insipientia enim eoz manifesta erit omnibus: sicut rē illozū fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinā: institutio nem: p̄positum: fidem: longanimitatem: dilectionem: patientiam: persecutiones: passiones qualia mihi facta sunt: antiochie: iconio: listris quales persecutiones sustinui: rē ex omnibus eripuit me dominus.

C̄ Supra ap̄lus descripsit pericula nouissimoz tempoz rē cām assignauit: hic docet h̄z etiam in p̄nti esse vitanda. Et p̄mo premitit monitiōē de hoz vitatiōe. Scōdo ostendit in quibus hoibus in p̄nti appareāt p̄dicta ibi. (Ex his enīz rē.) Dicit ergo. Dixi qđ in nouissimis tēporibus erūt hoies pessimi. Sed non credas te in presenti esse tutū: sed etiam nūc hos rē tales hoies deuota: s̄z ne in similit̄ errore labaris. Tit. vlt. Hereticum hoiem post vnam rē scōdaz cor reptionē deuota rē. S̄z tñ q̄tum ad aliqđ vitanda sunt: s̄z nō q̄tum ad sermonē exhortationis. Et tūc ostēdit qđ etiam modo sunt aliqui tales. Et p̄mo ostēdit nocumētuz qđ iferunt. Scōdo defectū quē patiunt ibi. (Hoies reprobi rē.) Tercio impedimētū quo artantur ibi. (S̄z vltra rē.) Circa p̄mūz duo facit. qđ p̄mo ostendit ipedimētum quod inferunt subditis. Scōdo impedimentum quod inferunt p̄relatis ibi. (Quēadmodum autē rē.) Iterū p̄ma in duas: qđ p̄mo ostēdit eoz imprudentiam. Scōdo eoz astutiam ibi. Et captiuas rē. Quātū ad p̄mū dicit. Deuota qđ iā sunt aliqui tales. Naz ex his rē. i. ex eoz numero sunt. p̄. Jo. 2. Nūc antichristi multi sunt rē. nec debetis itelligere qđ ex his fuerunt: s̄z sunt: s̄z selesti rē ingrati rē. quia peccatores iam conuersi non debent dici peccatores. ps. Nec memor ero nominuz eozum per labia mea.

C̄ Deinde cū dicit. (Qui penetrāt rē.) ostēdit eoz maliciā. Et ad l̄as p̄t expōi q̄si iordiate igerētes ser circūcūtes p̄p̄ lucrū. Cōtra qđ Ecc. 21. Pes fatui facil̄ i domū p̄ximi rē. S̄z p̄p̄ nō p̄hibēt aliqđ visitare afflictos i domibz. Jac. p̄. Religio mūda rē imaculata ap̄ deuz rē p̄rez. h̄ ē visitare pupillos rē viduas i tribulatiōe eoz rē. Al̄ metaphozice p̄t expōi domū. i. sc̄cia. Sap. 8. Intras i domū meā rē q̄scā rē. Illi qđ penetrāt domos qđ cū astutia volūt scire secreta sc̄cie ut decipiāt alios. Ecc. 13. Ex multa loquela tētabit te: rē subridens iterrogabit te rē. Nihilominus tñ illis qui curā habēt tiez ingreere statum sc̄cie. p̄verb. 27. Diligenter agnosce vultū pecozis tui tuosq; greges cōsidera.

C̄ Deinde cū dicit. (Et captiuas rē.) ostēdit eoz astutiam. Et p̄ tagit eoz malitia. qđ abducūt a libertate rē statu grē Jac. 1. Qui autē p̄spererit in lege perfecte libertatis rē. Et

## Ad thimotheum II.

ducunt in statum fuitatis qui est status peccati. ps. In cō-  
uertendo dñs captiuitatē syon rē. Hoc enī nomen captiui-  
tatis importat. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est ppl's  
meus: qz nō habuit sciam rē. Scōdo ostēdit in quas psonas  
exercent malicias quas describit pmo a fragilitate sexus.  
Scōdo ex malicia uersatiōis. Tertio ex vanitate affectio-  
nis. Quarto ex defectu discretiōis. Quātuz ad p̄mū dicit.  
Mulierculas que sunt minoris discretiōis rē sexus fragi-  
lioris. Et dicit. Mulierculas: qz magne dñe habēt aliquos  
p̄siliarios. Un̄ nō possunt seduci: s; he sunt tali auxilio de-  
stitute. Mat. 23. Comeditis domos viduarū. p. Mach. p.  
Captiuas duxerūt mulieres rē. Quātū ad scōz dicit. One-  
ratus peccatis. P̄ctū est onus: qz nō p̄mittit libere icede-  
re: nec erectū eē rē stare: s; icuruat. ps. Sic onus graue gra-  
uate sunt sup me rē. Et ideo istas specialr decipiūt: qz pec-  
catum parat viam seductioni. Item qz male sunt timēt re-  
sistere ne pdant. Quātuz ad tertiū dicit. Que ducunt va-  
rys desiderys. i. apte sunt vt seducantur ppter varia desi-  
deria que habēt. Jac. p. Vir duplex animo iconstās est in  
oibus vys suis rē. Et iō p̄ma mulier fuit seducta: qz nō ste-  
tit constāter in v̄bis dñi: s; dixit: ne forte moriamur. Ecc̄i  
9. Ne respicias mulierē multiuolā rē. Quātū ad quartuz  
dicit. Semper rē. Curiositas semp noua nititur querere rē  
nō vult insistere. Unde dicit. Semp discētes. puer. 9. Mu-  
lier clamosa rē. Tamē hoc quod dicit. Semp discētes po-  
test reduci ad penetrantes domos.

Deinde cuz dicit. (Quēadmodū rē.) Ostēdit nocumētū  
quod afferūt prelatis rē nocumētuz resistēdi eoz doctrine  
rē iducit exemplum de exodo vbi magi pharaonis resistē-  
runt moysi: qz a p̄ncipio mūdi semp fuit pugna iter v̄itatē  
rē falsitatē. z. Pe. z. Querūt v̄o rē pseudo. pp̄be in pplō sic rē  
in vobis rē. S; in Exodo isti magi nō noianē: s; hic sic qd  
forte habuit ex aliquibus v̄bis iudeoz. Ita isti v̄itati. s. quas  
nos p̄dicamus resistunt. Job. 4. Ipsi fuerūt rebelles lu-  
mini rē. Act. 17. Semp spiritui sancto resististis.

Losequēter cū dicit. (Voies reprobi rē.) ondit eoz de-  
fectuz in fide rē in opere. In opere hoies reprobi. Hlof. In  
operibus. i. qui per opera sua se reprobos ostēdūt. Jere. 6.  
Argentum reprobum vocate eos rē. Itez in fide corrupti  
mente. i. in potētia rōnali. Unūq; enī tunc dī corruptū  
quādo deficit a pp̄ria virtute. Propria autē mentis perfe-  
ctio est cognitio veritatis. Unde dicit corruptus mente q  
deficit a cognitione fidei.

Losequēter cuz dicit. (Sed vltra rē.) ostēdit quomodo  
artant. Et p̄mo ostēdit eos esse impediēdos. Scōdo docet  
modū impediēdi ibi. (Inspiciētia rē.) Sciēdū est autē cir-  
ca p̄mū qz volūtas nocēdi est homini a seipso: s; potestas  
nocēdi est a deo p̄mittēte. Et deus nō p̄mittit vt noceat  
q̄tuz vult malus: s; imponit terminū. Job. 38. Hoc cōfrin-  
gens tumētes fluct' tuos rē. Sic rē dyabolus nō lesit Job  
nisi s; qz p̄missus fuit a deo. Sic arrius nō nocuit in ecclia  
nisi q̄tuz dominus p̄misit. Apoc. 7. dicit angelus. Nolite  
nocere terre rē mari rē arboribus quoad usq; signemus ser-  
uos dei rē. Et dicit. Ultra. s. q̄ de' p̄mittit rē. Modus  
ipediēdi est vt tollat eoz palliuz rē occultatio: qz nocent.  
Job. 41. Quis reuelabit faciē indumēti eius rē. Et ideo di-  
cit. Inspiciētia eoz manifesta erit deo detegente quādo il-  
luminabit abscondita rē. vt dī p' Lor. 4. Sicut rē illoz: s; z  
maghoz pharaonis que fuit manifesta: quia non potue-  
runt facere signa.

Deinde cuz dicit. (Tu autē rē.) ostēdit idoneitatē thimo-  
thei ad resistēdum h̄ periculis. Et p̄mo ondit qz erat ido-  
neus ex institutione apostoli. Scōdo ex experiētia scriptu-  
rarū ibi. (Ab infantia rē.) Item p̄mo ondit quomodo erat  
instructus sufficienter ab apostolo. Scōdo quōd v̄l'r instrui

ab alyis poterat ibi. (Ois qz p̄instructus erat rē.) Circa p̄m  
p̄ ondit quōd instruct' erat v̄bo. Scōdo quōd exēplo ibi. (Pro-  
positū rē.) S; sciēdū ē qz v̄bo aliq; instruit duplr. Uno d  
v̄itate agnosceda. Alio de iusticia opanda. Quātuz ad p̄m  
dicit. Tu at affecur' es meā doctrinā. i. instruct' es in fide ca-  
tholica: rē iō h̄n pōt vitare eos. Quātū ad 2m dicit. Meā isti  
tutiōez. Institutio ē eruditio qz ē de aliq; agēdis qz subdū  
tur opōni hūane. Phil. 4. Ubiqu; rē i oib' institur' suz rē. Itē  
quōd instruct' erat exēplo. Et p̄ q̄tū ad bona agenda. Scōdo  
q̄tū ad mala tolerāda ibi. (Patiētiā rē.) In bonis faciē-  
dis ponit duo. p̄mū ē itētio recti finis. Et q̄tū ad h̄ dicit.  
Propositū. qd ē de fine. Sap. 8. Proposui ḡ h̄ac adducere  
mibi ad viuādū rē. Et ad h̄ puenit p bona opa qz derinā-  
tur a trib' v̄tutib'. s. fide: spe: rē charitate. Et p̄ ponit fidem.  
Heb. ii. Sine fide ipole ē placere deo. Scōdo spez cū dicit.  
Loganimitatē. qz in lōgū expectat. z. Lor. 6. In loganimi-  
tate. Tertio charitatē cū dicit. Dilectionē. p' Jo. 3. Qui non  
diligit manet in morte. Deinde de malis tolerādis instrui-  
tū eū q̄tū ad tria reducēdo ad mēziā. P̄mo patiētiā quas  
habuit. Itē mala qz sustinuit. Itē dinū auxiliū qd sibi affu-  
it. P̄mo ḡ ponit patiētiā qz op' p̄fectū h̄. Et p̄ ponit patien-  
tie mām. s. p̄secutiōes i gnāli. Mat. 10. Si vos p̄sequunt' in  
vna ciuitate fugite i aliā. Itē i spāli cū dicit. Passiōes qz pas-  
sus ē in p̄po corpe. z. Lor. 11. Ter virgis cesus suz rē. Ter-  
tio in p̄culari cū dicit. Qualia facta sūt mibi antiochie rē.  
Act. 16. z. 17. Iudei p̄secuti sūt eū p̄ite thimotheo. S; affu-  
it dinū auxiliū. Et iō dicit. Eripuit rē. z. Lor. p. Qui cōsolat'  
nos in oī tribulatiōe n̄ra.

Lectio. III.



Omnes qz pie volunt viuere in chri-  
sto iesu p̄secutiōne patientur. Aba-  
li autēz homines rē seductores profi-  
cient in peius: errantes rē in errorem  
mittentes. Tu vero permāne in his  
que didicisti rē credita sunt tibi: sciens a quo di-  
diceris. Et quia ab infantia sacras l̄ras nosti qz  
te possunt instruere ad salutem per fidem que  
est in christo iesu. Omnis enim scriptura diui-  
nitus inspirata vtilis est ad docendū: ad arguē-  
dum: ad corripiendū ad erudiendū in iusti-  
cia: vt p̄fectus sit homo dei ad omne opus bo-  
num instructus.

Supra p̄posuit thimotheo i exēplū p̄secutiōes qz ipse  
passus fuit. Et ne videat' ipse solus p h̄ passiōes trāsisse. on-  
dit eas eē cōes scis. Et p̄ docet quōd sci patiūm h̄ defect' pe-  
nales. Scōdo quōd mali p̄ficiūt p defectū culpe ibi. (Mali  
autē hoies rē.) Dicit ḡ. P̄secutiōes sustinuit: rē nō solus ego:  
s; rē oēs. Pie sumit' duplr. qnq; p v̄tute pietatis ad cultuz  
dinū. supra eodē. Habētes spēz pietatis. qnq; p mīa ad p̄-  
ximū. p' Thi. 4. Pietas ad oia valet. Dēs ḡ pie rē. i. vo-  
lūt obfuarē cultū religiōis xpiane. Ti. z. Sobrie rē iuste rē  
pie viuamus in h̄ seculo rē. Et tales p̄secutiōes patiūt rē  
maxime in p̄mitiua ecclia qñ fides xp̄i v̄ndiq; ipugnabat'  
a iudeis rē gētib'. Et iō Jo. 16. Venit hora vt ois qz iterificat  
vos arbitret' obsequiuz se p̄stare deo rē. Mat. 24. Eritis  
odio oib' gētib' pp̄ nomē meū rē. Itē oēs qz pie rē. i. vo-  
lūt p fidē xp̄i fuare mīam ad p̄ximū necesse est eos perse-  
cutionem pati: rē si non ab extra: tamē ab intus: quādo sez  
compatiūt defectibus p̄ximozuz. quozuz culpas rē pena-  
litates vident. scōde Lorint. ii. Quis scandalizatur rē ego nō  
vroz rē. z. Pe. z. Habitās apud eos qui de die in die iustā  
aiam iniquis operibus cruciabant rē. ps. Uidi p̄uaricam-  
tes rē. Itēz sunt alie p̄secutiōes que sanctis oibus dei

esse nō possunt: scz carnis mundi ⁊ demonis: qz vt habetur  
Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm rē. Rom. 7. Infe-  
lix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹ rē.  
ps. Multe tribulationes iustorum rē.

Deide cū dicit. (Mali autē boies rē.) ostēdit qd mali in-  
cidunt in peiora mala: scz culpe. Dicit mali in se: scz inq̄tū  
peccatis iberēt. Mat. 21. Malos male perdet rē. Et sedu-  
ctores. scz in pximoz nocumētū inq̄tus seorsum ducunt  
eos a via vitatis que cōis est. Ro. vlti. Per dulces sermo-  
nes et bñdictiones seducūt corda inocentū rē. S3 isti nō  
cōtenti malis que fecerūt pficiūt in peius. Apoc. vlt. Qui  
in sordibus est sordescat adhuc rē. Sed cōtra. supra eodē  
vlti nō pficiēt. Dōm est qd qui pficiunt in peius pmissi a  
deo. et ex itētiōe malicie eoz que semp est ad malū: s3 fm  
puidētia dīnam p̄hibēt ne possint implere quod ce-  
perunt. p̄ficiūt aut in peius mali in seip̄s inq̄tū errāt  
circa veritatē. Mat. 22. Erratis nesciētes scripturas neqz  
virtutē dei. Itē opere errant ⁊ hoc modo oēs mali errāt.  
puer. 14. Errāt omnes qui operant malum. Item in px-  
imis: qz seductores. Unde dicit. In errorem mittētes: ne. s.  
possint per p̄peritates venire ad regnum celoz. Cōtra il-  
lud supra. Qui pie volunt rē. Esa. 3. Popule meus qui bea-  
tum te dicunt ipsi te decipiunt.

Deide cum dicit. (Tu vero rē.) monet eum vt maneat in  
sua istitutiōe: et hortatur euz tripl̄r: scz ex parte doctoris.  
ex parte ipsius thimothēi et ex parte eoz que accepit. Di-  
cit ḡ. Assetur es misericordiam rē. ergo p̄mane in his que  
accepisti. Ecclesi. 10. Si spūs potestātē habētis ascenderit  
sup te locū tuuz ne dimiseris rē. p̄. Cor. 15. Stabiles estote  
et immobiles rē. Diē ḡ. Didicisti et credita sunt tibi: qz glibz  
xpianus discit que fidei sunt: et hec est doctrina salutaris.  
Jo. 6. Dis qui audiuit a p̄re meo et didicit venit ad me rē.  
Sed spāl̄ter documēta fidei sunt credita prelat̄is inq̄tū  
debēt alyo ea dispēsare. Gal. 2. Lum vidissent qd credituz  
est mihi euāgeliz p̄p̄ty rē. Et quare opz p̄manere? Qz  
ego a magistro scie habui qui errare nō potuit. z. Cor. 13.  
In me loquitur xp̄stus. Et iō i his firmiter p̄mane. Sciēs  
a quo didiceris: qz a paulo qui nō ab hoie neqz per hoimē  
didicit rē. Gal. 2. Ex p̄p̄ia cōditōe. Turpe eniz est homi-  
ni nutritō in bono a pueritia i senectute deficere. Ecc. 26.  
Qui trāsgreditur a iusticia ad peccatum deus parauit eū  
ad romp̄eam. Thimothēus autē sic fuit nutritus. puer.  
22. Adolescēs iuxta viam etiā cū senuerit non recedet ab  
ea. Un̄ dicit ab ifantia. Et dicit. Sacras litteras que sunt  
littere veteris testamēti quas didicit ab ifantia: qz filius  
mulieris iudee. Act. 16. Unde mater sua fecit euz erudiri  
in eis: quod est cōtra manicheuz: qz apostolus vetus testa-  
mētū hic nominat sacras scripturas litteras: qz ab ifantia  
sua nō nouit litteras noui testamēti. (Tertio ex pte eoz  
que accepit: et est tertia ratio: nam si aliquis h3 aliquā sciē-  
tiam in qua nō ē vtilitas deserit eam et trāsīt ad aliaz. S3  
si scia est valde vtilis stultum ē eam dimittere. Et p̄mo fa-  
cit rationē. Secūdo manifestat eaz ibi. (Omnis scriptura.)  
Dicit ḡ. Dico qd accepisti litteras sacras que nō sunt p̄tem-  
nēde qz sunt vtilis. Esa. 48. Ego dominus deus tuus do-  
cēs te vtilia rē. Un̄ subdit dicēs. Que te possunt rē. Joā. 6.  
Dñe ad quē ibimus. vba vite eterne habes. Jo. 5. Scruta-  
mini scripturas in qbus putatis vitam eternam habere. il-  
le sunt q̄ testimonium p̄hibēt de me. Et l̄fe que te possunt  
instruere ad salutē: s3 nō nisi p̄ fidē xp̄sti. Roma. 10. Simis  
enī legis ē xp̄stus ad iusticiam omni credēti. Heb. 11. Si  
ne fide enī impossibile ē placere deo. Rōnem autem ma-  
nifestat dicēs. (Omnis rē.) Ubi ostendit qd sacre littere  
sunt vie ad salutem. Et tria ponit. Nam cōmēdat scriptu-  
ras ratione p̄ncipy. ratione effectus vtilis: et ratione vlti-

mi fructus ⁊ p̄fectus. Si enim cōsideres eius p̄ncipiz  
habet p̄uilegiuz sup omnes: quia alie sunt tradite per ra-  
tionem humanam: sacra autē scriptura est diuina ac diu-  
nitus ispirata. z. pe. p̄. Nō enim volūtate humana allata  
est aliquādo p̄phetia: s3 spūs sancto ispirati locuti sunt san-  
cti dei homines. Job. 32. Inspiratio omnipotētis dat itel-  
ligētia. S3 dices quomodo omnis scriptura diuinitus  
inspiratur cum fm ambrosium omne verum a quocūqz di-  
catur a spiritu scō est: Dicēdum est qd deus dupliciter ali-  
quid operatur: scz immediate vt p̄p̄ium opus sicut mira-  
cula. Aliquid mediātibus causis iferiozibus: vt opera na-  
turalia. Job. 10. Manus tue dñe fecerūt me rē. Que tamē  
fiunt operatiōe nature. Et sic in hoie instruit itellectuz: et i-  
mediate per sacras litteras: et mediate p̄ alias scripturas.  
Effectus huius scripture est duplex. scilicet quia docet co-  
gnoscere veritatē ⁊ suadet operari iusticiam. Joā. 14. Pa-  
raclitus spiritus scōs docebit: scilicet cognoscēda: suggeret  
operāda. Et ideo vtilis est ad cognoscēdam veritatē: ⁊ vti-  
lis est ad dirigēdum in operatiōe. Est eniz ratio speculati-  
ua: ⁊ est etiā ratio practica. Et in vtroqz sunt duo necessa-  
ria: scz qd veritatē cognoscat ⁊ errorem refellat. Hoc enī  
opus est opus sapiētis: scz nō mētiri ⁊ mentiētes refellere.  
Quātum ad p̄mum dicit. Utilis est ad docēdū: scz verita-  
tem. ps. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ sciam doce me rē. (Itē  
ad arguēdū q̄tum ad scōm. Tir. p̄mo. Ut sit potēs exhor-  
tari in doctrina sana ⁊ eos qui cōtradicūt arguere. (Itē  
q̄tum ad practicā sunt duo necessaria: scz vt reducat a ma-  
lo ⁊ ad bonuz inducat. ps. Declina a malo ⁊ fac bonuz rē.  
Quātum ad p̄mum dicit. Ad corripēdum quod est eripe-  
re a malo. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus va-  
de ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsum solum rē. Job. 5. Beatus  
homo qui corripitur a domino. Quātum ad secundum di-  
cit. Ad erudiēdū in iusticia. Et hec omnia sacra scriptura  
facit. Esa. 8. In manu forti erudiuit me rē. Sic ergo qua-  
druplex est effectus sacre scripture: scilicet docere verita-  
tem: arguere falsitatē: quātum ad speculatiua. Eripere  
a malo: ⁊ inducere ad bonum: quātum ad practicā. vlti-  
mus eius effectus est vt pducat homines ad p̄fectuz. Nō  
enim qualitercūqz bonum facit: sed pficit. Heb. 6. Ad p̄-  
fectionē feramur. Et dicit. vt p̄fectus sit homo dei: qz nō po-  
test homo eē p̄fectus nisi sit homo dei. Perfectum enī est  
cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus: quando est  
paratus ad omne bonum: non solū ad ea q̄ sunt de necessi-  
tate salutis: sed etiam ad ea que sunt supererogatiōis. Bo-  
num autem facientes non deficiamus. Gal. vltimo.

## CAP.

## III.



Estificoꝝ coraꝝ deo ⁊ iesu xp̄o qui  
iudicaturus est viuos ⁊ mortuos:  
⁊ per aduentum ipsius ⁊ regnum  
eius. predica verbuz: insta oportu-  
ne importune: argue: obsecra icre-  
pa in omni patientia ⁊ doctrina. Erit eniz tem-  
pus cum sanam doctrinam non sustinebunt: s3  
ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros  
p̄urientes auribus. ⁊ a veritate quidem audi-  
tum auertent. ad fabulas autem conuertentur.  
Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac  
euāgeliste: misteris tuū ipe: sobrius esto.

P̄missis periculis tempoz nonissimoz ⁊ ydoneitate  
thimothēi ad resistēdū: hic ostēdit quomodo resistat. Et  
p̄mo ponitur monitio. Secūdo eius necessitas ibi. (Erit  
enim rē.) Item p̄mo ponit eius cōtestatio. Secūdo ad